petentibus recedendo. praesenti verò Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilem Ioannem Szczawinski et ipsius successores de Causa et actione officiana per se Recognoscentem eidem Nobili Szczawinski, ratione per ipsum in Contemptum et Vilipendium Legum Regni rerum certarum sui Recognoscentis propriarum receptionis et usui suo conversionis et appropriationis, alienationisque rerum et ruinarum in processu Causae eiusdem expressarum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense instituta et intentata Tum de poena Infamiis ratione suprascriptorum obtenta et publicata eiusque publicatione ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti ab eodem Nobili Szczawinski in praemissis praestitam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Causamque et actionem Officianam item et poenam Infamiae cum eius publicatione in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Michalowski Perillustri et Adm. R. Floszowski Eppo Ritus Graeci Praemysliensi Obligat.

1074 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Gnosus Ioannes Michalowski, sanus mente et Corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti verò Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus

ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in-
corporando, atq́ subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipsa Bona sua propria et hæreditaria videlicet Le-
bobrzotowe Maximum Miseiszyn, Machs Zubkow, Srechs Lisikow Po-
Czwiertnikow, Item Zawoyd, Maxim Sellis, Kutinicali, Kosila Horotu-
lanos hæreditarios, item agrum desertum, alias Role pusty Koccibo-
wolay dicto, cum libera molitione in bonis Villæ Michalowice Terræ et
Districtus Præmysliensis iacentes et consistentes, Cum omni Iure mi forum
Iure Dominio proprietate tituloq́ obligatorio, omnibusq́ et singulis eo-
rundem bonorum et subditorum, utilitatibus fructibus proventibus
redditibus, emolumentis, laboribus dationibus Censibus Commodis ob-
ventionibus, attinentijsq́ et pertinentijs generaliter universis, nihil ex
præmissis Iuris Dominij proprietatis, ac quiusuis Competentiæ et præ
rogativæ pro se Recognoscente suisq́ successoribus aut alio quopiam
reservando, seu excipiendo seu excipiendo, verum ita late Longe
Circumferentialiterq́ prout eadem bona ipsemet Recognos tenuit, ha
buit, et possidebat, ipsumq́ concernebant, ac eisdem Legitime servi
ebant, Iam ex nunc et de facto Perillustri et Admodum Reverendo Ge
orgio Hornowski Præmysliensi et Samboriensi atq́ Terræ Sanocensis Ritus Græci Epi-
scopo, eiusq́ posteris in Summa Duorum Millium et Ducentorum florenorum
Polonicalium iam per se Recognoscentem levatam, hinc et a data præsentium ad fe-
stum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum eius
dem et in defectu prout tunc bonorum Exemptionis, summæq́ memora
tæ et Duorum Millium et Ducentorum florenorum Polonicalium totalis et integræ
realis persolutionis, extunc de anno ad annum festo ad festum pro simuli-
realis persolutionis, extunc de anno ad annum festo ad festum pro simili
die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinans, annis et
festis sese continue et immediate sequentibus, usq́ ad exemptionem bonorum
eorundem, summæq́ memoratæ totalis et integræ realem et effectivam perso
lutionem obligavit inscripsit et inviadiavit, prout obligat inscribit et
inviadiat præsentibus. In quæ quidem bona suprascripta, præmissaq́ omnia
præsens per se Recognoscens obligata et inviadiata, iam ex nunc et de facto
eidem

is idem Recognoscens Generosus Michalowski praefato Perillustri et Admodum Reverendo Horonski Episcopo Ritus Graeci Premysliensi Obligatario suo ipsiusque posteris coram officio praesenti, dat et admittit realem intromissionem, et actualem, pacificamque possessionem per ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, illi quatenus voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Perillustrem et Admodum Reverendum Georgium Horonski Episcopum Ritus Graeci Episcopum Premysliensem Obligatarium suum ipsiusque posteros haec eadem bona, praemissaque omnia praesentibus inuadiata, cum universis eorum Vtilitatibus et vsufructibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter omnibus tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice vsufruendi ac ad vsus suos, suorumque successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio. Debebitque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis eidem suprascripto Perillustri et Admodum Reverendo Georgio Horonski Episcopo Premysliensi Obligatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius successores, in dictis bonis praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus quibusvis existentium, ex nunc ubi in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnesque cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa quomodo quovis cuicunque personarum factis et faciendis, item etiam a quibusvis citationibus super eadem bona suprascripta, modo quocunque importatis et importandis, Litibus denique et Terlucis processibus Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu bonis dependentibus, et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super prae-

missis

missis omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis emun-
dare et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intro=
missionem praefatam, coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum
eorundem praesentibus inuadiatorum, dum per Authem competentem et Nobi-
les decos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur=
eandem libere dare, et effectualiter admittere. Datamque eo admissa ea
Possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesentibus inua-
diatorum; quouis modo tam per se, quam per suas quasuis sub-
missas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque
obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praesenti-
bus obligatis nullo modo inturbari; ita ut haec eadem bona praemissa
omnia praesentibus inuadiata idem obligatarius suus cum suis
posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae vigore
tenere, habere et possidere queat, illisque utifrui possit, usque ad exem-
ptionem bonorum eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae
realem et effectiuam persolutionem, Aliquin sub Vadio similis summae
Duorum Millium # florenorum polonicalium per eundem Recogno-
scentem siue eius successores, suprascripto obligatario suo, ipsiusque
successoribus, ob non completionem praemissorum omnium et
singulorum, tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit
ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo prae-
misso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali
ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus
Recognoscens Dominus Joannes Michalowski siue eius successores
Ad Instantiam praefati Perillustris et Admodum Reverendi Se-
rgij Hosrowski Praemysliensis, et Samboriensis atque Terrae Sano-
censis Rithes Domini Episcopi obligatarij sui; vel eius successorum
Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc re-
sus suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in
et Ducentorum florenorum polonicalium
primo

primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satis facere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad exitorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximus Officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos, Dilationes sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissis omnibus poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali regnò ad praemissa omnia mediante.

Idem eidem scitum Roat.

1055 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Ioannes Michalowski sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Qua ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summis pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesens scriptum certum manuale in-

con